J. A. Karle

Commentationes Criticae ad Vetus testamentum Pertinentes

COMMENTATIONES CRITICÆ

AD

VETUS TESTAMENTUM PERTINENTES.

SCRIPSIT

ET LIBELLO QUO SOLEMNIA GYMNASII AD FONTES DANUBII ANNIVERSARIA INDICUNTUR ADJECIT

JOS. ANT. KARLE.

LIPSIAE

TYPIS C. B. LORCKII.

MDCCCLXVII.

1867

De veterum versionum discrepantia in Joel. 1, 17.

עָבְשׁוּ פְרֻדוֹת תַּחַת מֶגְרְפֹתֵיהֶם[1]

Quamquam illorum verborum, quae praeter תחת non nisi loco apud Joelem laudato leguntur, interpretatio hominum doctorum ingenia nunquam non vehementer exercuerat, tamen nostra demum aetate interpretes clavem, ut ajunt, auream, quae genuinum eorum intellectum veramque prophetae mentem aperiat, reperisse suo jure gloriantur.

Quod primum ad עבשׁ vocem attinet, eam doctores judaici Ebn Esra, Kimchi aliique chaldaicae עפשׁ affinem opinabantur; sed quoniam in Joelis vaticinio sermo est de siccitate, illud עפשׁ autem proprie significat „putrescere, putrefieri" nec non granorum putredo nimios propter humores exsistit, eorum opinio parum probabilis; nostra vox ex arab. عَبَسَ illustranda videtur: عَبِسَ siccus fuit [de sordibus manuum]; quae vox procul dubio cognata cum يَبِسَ et יָבֵשׁ aridum, siccum esse. Vocabuli

[1] Haec commentatio a Scheinero, clarissimo universitatis Vindobonensis theologo in sermonem patrium translata, jamjam in Ephem. Oesterr. Viertjschr. f. kath. Theol. J. 1863 Tom. II. Fasc. 2. typis exscripta legitur.

פרדות significationem suppeditat syriacum ܦܪ̈ܕܐ = grana frumentaria cf. vers. syriac. Joh. 12, 24; descendit a פָּרַד (فَرَدَ) separavit, sparsit; nomen subst. vult intelligi de singulis frumenti granis, quae disperguntur; hac significatione id quoque accepit Rab. Tanchum, quem Crednerus in sua comment. ad Joel. introducit loquentem: الحبوب المعدودة الزراعة لانها تفرق في الارض. מגרפה deriv. a גָּרַף aliquid abripere, praesertim quid alluendo auferre, tollere cf. Jud. 5, 21. arab. جَرَفَ verrendo, abstergendo aliquid auferre اجْترف alluvione abripere. Fuerunt, qui opinarentur מגרפה instrumentum denotare, cujus ope terra tollatur et versetur = palam, batillum; nec tamen haec significatio sanum praebet sensum; illa vox ipsum agrum aratro, pala, batillo, rastro subactum et — quod ad idem redit — ipsas agri glebas significat cf. arab. جُرْفٌ = pars terrae aliqua re praecipue aquae fluxu perrupta = gleba. Idcirco illa vocabula hunc fere sensum praebent:

Exaruerunt grana [frumenti] sub glebis suis. — Qui ab hocce vocabulorum intellectu ad versiones veteres sese converterit, eas cum ab interpretatione nostra diversas tum ipsas alteram ab altera quam maxime dissentientes inveniet. Sunt autem illae versiones haecine:

I. versio LXX-viral. *ἐσκίρτησαν δαμάλεις ἐπὶ ταῖς φάτναις αὐτῶν.*

II. „ syriac. ܦܟ̈ܢ ܡܚܡܫܬ̈ܐ ܥܠ ܐܘܪ̈ܝܗܝܢ famelicae fuerunt juvencae super praesepibus suis.

III. „ chaldaic. אִתְמְסִיאוּ [1] גַּרְבֵי חֲמַר תְּחוֹת מְגוּפְּתְהוֹן dilapsa sunt [vini] dolia sub operculis suis.

IV. „ vulgat. Computruerunt jumenta in stercore suo.

[1] alia scrib. ratio: איתמאסו alia est אתמסין

Sunt hercle ita multae dissensiones et ita magnae, quibus plures majoresque alio loco vix et ne vix quidem deprehendi possint. Qui in hac rerum dissensione in dissensionis originem inquisierit, is profecto non illi similis videbitur, qui nodum in scirpo quaerit. Illi vero, qui loco nostro nodum viderint suo vindice dignum, eum non debent hac oratione tamquam gladio dissecare, ut dicant, tales discrepantias non esse nisi meros interpretum errores nec aliunde profectos quam ab eorum linguae hebraicae inscientia. Apud interpretes LXX discrepantiae consulto factae iis saltem locis reperiuntur, quibus verecundia quaedam religiosa [dogmatica] genuinum textus hebraici sensum reddere eos vetabat. Cujus rei luculentum in ipso Joele IV. 11. exemplum deprehendes, ubi versio LXX-viralis pro vocabulis שמה הנחת יְיָ גבוריך lectionem *ὁ πραῢς ἔστω μαχητής* suppeditat: ibi enim in aperto est, interpretum LXX animis scrupulo fuisse cascam illam Hebraeorum opinionem de Jahve deo, qui una cum heroibus suis i. e. fulmine, tonitru, grandinibus ad hostes perdendos non aliter atque Mars Ultor de coelo descensurus et credebatur et sperabatur. At vero iis locis — qualis ille noster est — quibus tale quid religiosi vel scrupulosi non inest, discrepantiae suam originem non potuerunt non ducere a codice M. S., qui vocabulorum hebraicorum scripturam — noluerim dicere — diversam, sed mancam, obliteratam lectuque difficilem exhibebat. Inde igitur veterum versionum auctoribus necessitas quaedam enata est, ut in locum vocabulorum lectu difficilium novicias et quadrantes voces ex suopte ingenio commentas substituerent. Idcirco illas discrepantias, unde factae sint, intellecturi opus habent istas voces subditicias et indagare et in apricum proferre. Hanc vero artem lubricam qui factitat, saepenumero — ut ingenue profitear — vim imaginandi exhibebit non minorem, quam ipsimet boni interpretes antiqui, ut interdum tibi videare caecutientem videre caeco ducem! —

In hac nostra disquisitione optime auspicabimur ab ea voce hebraica, quae est subjectum i. e. a voce פְּרָדוֹת, etenim ad eam, quam huic vocabulo subdiderant, significationem reliquorum vocabulorum significationes magis minusve accommodarentur necesse fuit. Pro voce פרדות interpretes LXX vocem פָּרוֹת legerunt, quam dumtaxat vocem vocabulo δάμαλις reddere solent cf. 4 Mos. 19, 2. Hos. 4, 16. Am. 4, 1. utique eam quandoque vocabulo βοῦς reddunt, sicubi hujus vocabuli genus femininum voce aliqua adjecticia denotari potest cf. 1 Mos. 41, 2. βόες καλαί. 1 Sam. 6, 7. βόας πρωτοτοκούσας. Plane eodem, quo interpretes LXX, modo etiam versionum syriacae et vulgatae auctores legerunt, qui illam vocem vocabulis: ܡܘܬܒܢܐ et „jumenta" reddiderunt. Aliter atque hi chaldaeus legit, qui illam vocem duobus vocabulis גרבי חמר dolia vini (cados vinarios) significantibus expressit. Pocockius lubens, ut ait, sese fatetur non intelligentem, quo modo factum sit, ut tam mirum in modum chaldaeus illam vocem vertat! Nisi totus fallor, bonus ille targumi auctor pro פרות, ut interpp. LXX aliique, כַּדּוֹת legit; vocabulum כַּד gen. fem., cujus numerus plur. utique כַּדִּים mavult quam כַּדּוֹת sonare, κάδον, cadum, dolium denotat cf. 1 Mos. 24, 14. 1 Reg. 17, 12. etc. huic vocabulo insuper vocem חמר tamquam παραφραστικῶς adjecit. Ut deinde ad מגרפתיהם transeamus, hanc vocem ab interpp. LXX vocabulis φάτναι αὐτῶν redditam videmus; loco מגרפתיהם literis ג, ר, פ, cum ב, ו (וֹ), ס immutatis vocem מבוסתיהם [absorpta א litera] = [מאבוסתיהם] eos crediderim legisse, si ipsam hanc vocem מַאֲבוּם ab iisdem vocabulo ἀποθήκη Jerm. 50, 26. redditam nescirem; quum vero alias quoque litera מ cum א immutata reperiatur, interpp. LXX אֲבוּסֹתֵיהֶם legisse videntur; hanc enim vocem nunquam non vocabulo φάτνη reddunt cf. Jes. 1, 3. Prov. 14, 4. Eandem lectionem Syrus quoque secutus est, qui ܐܘܪ̈ܘܝܗܝܢ exhibet. Ab his et chaldaica et vulgata versiones diversae sunt; chaldaeus

interpres vocem nostram [מגרפתיהם] vocabulo מְגֻפְתְּהוֹן reddidit. Quaenam, quaeso, illa vox, quam chaldaeus interpres pro hebraico vocabulo מֶגְרְפֹתֵיהֶם et legere et chaldaice מְגוּפְתְּהוֹן reddere potuerit! Nullus dubito, quin chaldaeus in textu hebraico pro voce מֶגְרְפֹתֵיהֶם litera ר cum ו immutata, ipsam eandem, quam ejus versio exhibet, vocem i. e. מגופתיהם et viderit et legerit: quum enim in lingua hebraica verbum גּוּף obserandi, operiendi notionem haberet nec non nostro loco vocabulum requireretur, cujus significatio cum כַּדּוֹת concineret, in opinionem seductus est, מגופה esse nomen substant. a verbo גּוּף literae מ instrument. ope formatum itaque instrumentum, quo quid operiretur vel operculum significare. Quod ad versionem Vulgat. nostrum vocabulum verbis „in stercore suo“ reddentem attinet, haud scio an ulla vox reperiri queat, quae fimum, stercus, significans cum voce מגרפה exaratâ inter legendum facilius confundi possit, quam vox אַשְׁפָּה, אַשְׁפּוֹת (cf. Ps. 113, 7. 1 Sam. 2, 8.): literae ר et ג una pro ש, lit. מ pro א legebantur.

Intellectu difficiliores etiam discrepantiae sunt, quae a male intellecta עָבְשׁוּ voce originem duxerunt. Ut ab interpp. LXX ἐσκίρτησαν proficiscar, inter omnia verba, quae saliendi notionem habent, nullum invenio, quod talem scribendi formam exhibeat, qualis inter legendum cum עבשו confundi possit cf. רקד, נתר, דוץ, חול (הולל certe); cogitaverit quis de verbo רעש, quod quidem in Hiph. causativam, ut ajunt, saliendi notionem admittat cf. Hiob. 39, 20. sed hocce verbum, quod compluries legitur, apud LXX frustra quaeris verbo τοῦ σκιρτᾶν redditum. Interpretes LXX רָכְשׁוּ pro עָבְשׁוּ legisse, quovis pignore posito contendere ausim! Haec vox quamquam forma verbali in V. T. albo corvo rarius apparet, tamen fieri potuit, ut in sermone vulgari, praesertim posteriori tempore usurparetur. רָכַשׁ ar. ركض, رقص terram pede ferire, pulsare, motitavit pedes, pedes in terram impegit; hocce verbo apud Hebraeos equus

cursor (רֶכֶשׁ) denominabatur. Interpp. LXX *ἐσκίρτ.* vertentes de pecude esurienti et ob inediam pedes jactante, humum feriente cogitasse mihi videntur, quandoquidem hoc animalium genus non nisi inter vescendum vel pastum cum silentio ad praesepia stabulatur. Cur versionis syriac. auctor, qui ab interpp. LXX totus pendet, hoc uno loco ab iis dissideat, causam in eo positam cerno, quod illud *ἐσκίρτησαν* ei arridere nolebat, id nempe non intelligebat nisi de exsultatione, quae prae gaudio fieret.[1] Quum itaque ultra LXX sapere vellet, pro רָכְשׁוּ conjecturavit רָעֲבוּ; id enim respondet syriaco ܒܥܘ (طوى). Quoniam Chaldaeus, qui vocabula hebraica, — sicubi fieri licet — iisdem chaldaicis reddere solet, nostrum verbum verbi chaldaici מסא forma passiva reddidit, eum suspicor verbi מסה, מסס formam Niph. נָמַסּוּ, נִמְסוּ legisse. Vulgatae versionis auctor verbo nostro *ἅπαξ λεγ.* usitatioris verbi chaldaici עפש significatum subdidit.

Versionum, quas recensui, lectiones subditicias ad suum quamque ordinem redactas haec tabula ostendit:

lectiones subditiciae:

I.	Versio	LXX-viral:	רָכְשׁוּ פָּרוֹת תַּחַת אֲבוּסֹתֵיהֶם
II.	„	syriac.:	רָעֲבוּ פָּרוֹת תַּחַת אֲבוּסֹתֵיהֶם
III.	„	chaldaic.:	נִמְסוּ [נָמַסּוּ] כַּדּוֹת תַּחַת מְגוּפֹתֵיהֶם
IV.	„	vulg.:	עָבְשׁוּ פָּרוֹת תַּחַת אֲשְׁפֹּתֵיהֶם

[1] cf. Syrus hexapl. ܪܩܕܘ item armen. *խայտացին* quae versiones hoc certe loco cod. alexandr. sequuntur.

Quo sensu locustarum agmen apud Joelem 2, 20. הַצְּפוֹנִי significetur.

Satis dicere non possum, illa vocula הצפוני quantopere ab antiquissimo inde tempore ad huncce diem interpretes discruciaverit; etenim quum res certa atque firma esset, in desertis et calidis Asiae et Africae regionibus locustas gigni et ita non nisi ex meridiana coeli plaga in Palaestinam posse immigrare, quaestio exstitit, quo sensu Joel propheta locustarum agmen septentrionale significarit vel quo jure id e septentrione adventans dicere potuerit.

Idcirco illa vocula הצפוני grave interpretum bellum excitavit, ita ut acriter inter sese digladiarentur, ut alteri alteros non gladiis at certe Aristarchi obeliscis jugularent, ut pro sua quisque opinione multum sanguinis, scilicet scriptorii profunderet. Antiquiores illi interpretes, qui ea, quae apud Joelem de locustis monentur, ad populos Jehudaeis infensos referenda opinabantur, hanc suam opinionem ipsa illa locustarum significatione הצפוני, quam de Assyriis, Babylonibus etc. utpote populis septentrionem versus habitantibus intelligebant, pertinaciter defensitabant. Ad hanc defensionem multiplici vocis הצפוני interpretatione propulsandam se accinxere adversarii: fuerunt, qui non negantes quidem propriam locustarum patriam deserta

calida et arenosa esse ideoque pleraque earum examina a coeli cardine meridiano in Palaestinam venire, tamen contenderent in omni omnis Orientis regione crebras locustas gigni et ita earum examina ex Syria quoque in Palaestinam deferri posse. Lectorem ad Hieronymum delegant, qui ad h. l. „greges locustarum, inquiat, magis auster quam aquilo consuevit adducere.“ Laudant commentarios itinerum a recentioribus susceptorum. Crednerus rem ita sibi explicuit, ut locustas statueret, ex coeli plaga meridiana, austro flante, in Palaestinae regiones septentrionales, boreales delatas esse, sed eo delatas, venti cardine transverso, iterum inde Palaestinam versus repulsas Hierosolyma pervenisse, ita ut auctor hoc locustarum agmen ex septentrione adventasse suo jure diceret. Quod ad priorem illam et hanc Credneri sententias attinet, E. Meierus, fieri posse prorsus negat, et ut in Orientis septentrione locustae gignantur [οὐ γίνονται δὲ αἱ ἀκρίδες ἐν τῇ ὀρεινῇ Arist. nat. 5, 23.] et ut eo delatae ad meridiem repellantur; atque vel hoc posito et concesso, non arbitratur, tale locustarum agmen, quippe quod utique e meridie venerit, ab auctore „suo jure“ septentrionale dici potuisse. Has certe locustas non e septentrione venisse, est, ut ait, ex Joele 2, 2. sqq. colligendum, ubi eae supra montes volitando Hierosolymis appropinquare haud dubie dicantur; atque Hierosolymorum latus septentrionale non montuosum, sed planum esse. Est quoque relatu dignum, Maurerum voci צפוני alium significatum a lingua cognata arcessitum vindicare periclitatum esse et quidem ita ut autumaret צפוני posse locustae nomen esse proprie significans vel stercoreum [a ضَفَنَ deposuit excrementum], etenim neque morsu solum locustam segetibus, pascuis, hortis, pomariis nocere, sed item stercore nigro, viridi, mordaci, gravi bilosaque imprimis atque acri saliva, quam multam ex ore inter rodendum fundant, vel decorticantem s. radentem [a سفن decorticare radendo] a quo sit سِيفَنَّة

nomen avis aegyptiacae, quae non incidat in arborem, nisi omnia ejus folia devorans.

Etsi hanc conjecturam multi numquam satis sibi laudare poterant ejusque auctorem inaurata statua paene dignum putabant, nihilo minus supervacanea atque non laudandae temeritatis esse videtur. Haud sane operae precium est, horum interpretum, qui more andabatarum gladium in tenebris ventillant, conjecturis diutius immorari; sunt etiam eorum sententiae jam satis explosae. Quum itaque horum aliorumque interpretum sententiae tales sint, ut in earum nulla acquiescere possimus, eam nobis licebit indicare explicandi viam, quae unice vera esse videatur Quod primum ad vocis צְפוֹנִי formam grammaticam attinet, est nom. adject. a subst. צָפוֹן (î arab. ـِيّ) derivatum, quae terminatio relationem originis, terrae patriae indicat; ut v. c. יִשְׂרְאֵלִי, مِصْرِيّ non virum, qui ab Israel, ab Aegypto venit, sed virum Israeliticum, Aegyptium significat, ita צפוני non eum, qui ex septentrione venit — ut commentatores vulgo intelligunt — sed eum denotat, qui ex septentrione oriundus est, qui septentrionis incola; quem ad modum ab aliquo scriptore latino[1] venti septentrionum filii, ita l. n. locustae septentrionum incolae appellantur.

Quod deinde ad vocabuli צָפוֹן significationem attinet, scire non sufficit, id septentrionem, aquilonem denotare, sed opus est, ut ne ignoremus, qualis sit opinio religiosa [poetica], quam antiquitas orientalis de septentrione, aquilone habuerit. Apud Indos opinio vigebat, in regione ad septentrionem, aquilonem spectante deorum sedes et domicilia esse. In septentrione erat, ut opinabantur, coeli janua svargasya lokasya dvâram cf. Zschft. DMG. Tom. IX. pag. 243. Hanc

[1] Varro Non. Marc. pag. 46. v. syrus: „Ventique frigido se ab axe eruperant frenetici, septentrionum filii.“

huicque similem opinionem ab Indis non solum ad Persos, Graecos etc. sed ad eos quoque populos, qui in Chaldaea, Babylonia habitantes stirpi semiticae adscripti erant, profectam esse, loci, quos Chwolsohnius sat multos laudat, testantur cf. Die Ssabier und der Ssabism. Tom. II. 59. sqq. et 222. Eandem fere opinionem apud Hebraeos quoque invaluisse, ea, quae de Paradiso, de horto voluptuario (עדן) narrantur, indicio esse possunt. Verum enim vero quum temporis decursu apud Hebraeos, Mose auctore, Jahvae religiones inductae essent necnon Jahve pro uno et vero deo haberi coeptus esset, dii, qui reliqui erant, omnes inferioris ordinis facti sunt: et ita Jahvae ministri, genii diversum genus, spiritus pravi et subdoli, daemones etc. credebantur: horum daemonum sedes et domicilia erat regio aquilonaris. Ut septentrio illis populis ab Jahvae religione alienis regio sacra et salutifera erat, ad quam conversi preces fundebant (cf. Chwols. l. l.), ita Hebraeis praecipue ex quo Jahvae numen in templo Hierosolymitano praesens credebatur, regio nefasta, inauspicata, calamitosa esse occepit, quum denique haec coeli plaga esset, unde horrifer aquilonis ventus tempestates, grandines, gelidas nives moliebatur, illa regio ad septem stellas posita turbinis, procellarum, grandinum, typhonis aliarumque, quas natura gignere solet, calamitatum locus natalis et patria existimabatur. Sirach. 43, 17. *φωνὴ βροντῆς ὠδίνησε γῆν καὶ καταιγὶς βορέου καὶ συστροφὴ πνεύματος· ὡς πετεινὰ καθιπτάμενα πάσσει χιόνα, καὶ ὡς ἀκρὶς καταλύουσα ἡ κατάβασις αὐτῆς.* 20. *ψυχρὸς ἄνεμος βορέης πνεύσει, καὶ παγήσεται κρύσταλλος ἀφ᾽ ὕδατος· ἐπὶ πᾶσαν συναγωγὴν ὕδατος καταλύσει, καὶ ὡς θώρακα ἐνδύσεται τὸ ὕδωρ.* Omnium daemonum et perniciosarum naturae potestatum, quascunque tristis ille septentrio condebat, summus dominus et gubernator Jahve erat: iis utebatur ministris, vindicibus, ultoribus Dan. 4, 32. Jahvae milites, exercitus solito more appellantur.[1]

[1] Quae hocce loco paucis solummodo stringere potui, alia

Quum itaque Hebraeorum opinio, quam de צפון regione habebant, talis esset, menti nostrae patebit, qua significatione et quo sensu propheta locustarum agmen צפוני denotarit, propheta, dico, qui id consilii vaticinio suo sequebatur, ut Jehudaeis persuaderet, illas locustas non forte fortuna terrae illatas sed Jahvae jussu et ductu adventasse, quin immo ejus milites, ejus exercitum esse. Jamjam Arabem, qui vocem הצפוני vocabulis من الجربياء (= de coelo cf. جرْباء) [divinitus] reddidit, hac in re recte vidisse suspicor, quandoquidem צָפוֹן septentrio ita quoque intelligebatur, ut non tam terrae quam coeli plagam aquilonarem significaret [cf. צְבָא הַמָּרוֹם, צְבָא הַשָּׁמַיִם]. Ab auctore *Ἀποκαλύψεως*, qui — ut alio loco ostensurus sum — Joelis vaticinium quam maxime respiciebat, locustae *ἐν φρέατι τῆς ἀβύσσου* (Apocl. 9, 1. 2.) inclusae dicuntur; etenim temporis decursu opinio, quam de septentrione utpote regione tenebris involuta habebant, in eam de inferis, orco immutata est: utraque autem opinio ex uno fonte illo profluxit. Quocirca illi, qui quaeret, quo sensu locustarum agmen Joel. 2, 20. הצפוני significetur, respondendum: sensu religioso, mythologico, poetico.

occasione oblata, et uberius et ad persuasionem magis apposite exponam.

De versione, quam LXX interpretes in Joelis II, 8. exhibeant.

Quae apud Joelem l. l. leguntur וְאִישׁ אָחִיו לֹא יִדְחָקוּן גֶּבֶר בִּמְסִלָּתוֹ יֵלֵכוּן a LXX interpretibus mirum in modum *καὶ ἕκαστος ἀπὸ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ οὐκ ἀφέξεται· καταβαρυνόμενοι ἐν τοῖς ὅπλοις αὐτῶν πορεύσονται* reddita sunt. Quod priorem ad hemistichii partem attinet, versionis LXX-viralis originem inde natam intelligimus, quod interpretes pro יִדְחָקוּן — litera ד cum ר immutata — יִרְחָקוּן legerunt; quam eandem vertendi rationem Arabs secutus falsior etiam وكل واحد من اخيه لا يهرب reddidit. Quod ad verba גבר במסלתו ילכון attinet, ea praeter omnium exspectationem *καταβαρυνόμενοι ἐν τοῖς ὅπλοις αὐτῶν πορεύσονται* reddita invenimus. Inde a Pocockii tempore ad hunc diem nemo unus — quod sciam — anquisivit, quid vel quale id fuerit, quod illos LXX ad hanc miram vertendi rationem seducere potuerit: scilicet talem quaestionem, cujus solvendae omnis spes abjecta erat, intactam relinquere satius videbatur. Cappellus fuit, qui causam et originem indicabat, cur et unde illud *καταβαρυνόμενοι* natum esset; interpretes LXX pro גבר — duabus dumtaxat literis pauxillum immutatis — כבד legerunt; quod vero ad vocabula *ἐν τοῖς ὅπλοις* attinet, eorum originem nullusdum commentator detexit; etenim

inde suam originem ea duxisse, quod LXX interpretes — ut Pocockius autumat — pro מסלתו legissent משלחתו, id nemini pluribus de causis non improbari debebat. Pro certo habemus, interpretes illos ob nullam aliam causam textus hebraici vocabula ἐν ὅπλοις reddidisse, quam quod pro מסלתו aliam vocem illi consimilem et ὅπλα significantem legerunt. Quod ad similitudinem, quam haec reperienda vox cum מסלתו communem habebat, attinet, ea nonnisi literalis esse potest i. e. similitudo ad literarum figuras et ad singulos earum ductus pertinens; etenim etiam septuagintaviralis, ut quaevis alia, versio ad textus originalis „lectionem "et non" auditionem" facta est; hinc intelligitur, in hac voce quaerenda omnes eos, qui — ut Pocockius — vocem, quae sonum מסלה similem redderet, expiscatum ibant, viam omnino praeposteram instituisse. Equidem mihi videor eam vocem videre, quae — quod ad literarum numerum earumque figuras attinet — voci מסלה non dico similis, sed quae est ipsa eadem vox atque מסלה, si in libro manu scripto, quo LXX interpp. utebantur, duo duarum literarum ductus parum exarati erant vel exarati palluerant; fac attendas: si in מסלה voce litera ם lineolam circularem, quae a laeva sursum currendo circulum colligit, parum exaratam vel pallidam habebat, pro ם legebatur כ; nec non quodsi in litera tertia ל apex corneus parum exaratus vel pallidus erat, loco τοῦ ל exstiterat ר; quo facto pro מסלה codex manu scriptus vocem מכרה exhibebat; haec autem vox מְכֵרָה f. gladium vel arma significans etiam 1 Mos. 49, 5. legitur. Itaque interpretes alexandrini loco במסלתו ad suam, quam textus hebraeus mentiebatur, lectionem במכרתו recte ἐν ὅπλοις αὐτῶν reddiderunt.

Quo sensu apud Joelem (II, 23.) intelligi et velit et debeat vox בָּרִאשׁוֹן.

Praecipua illius versus difficultas in ambigua quorundam vocabulorum significatione posita est. Quod nobis primum observatione dignum objicitur, est duplex מוֹרֶה pluviae autumnalis mentio: quaeri debeat, cur propheta ipsius hujus pluviae mentionem duplicem fecerit, non item pluviae vernae; an qua ductus ratione non vernae duplicem, autumnalis simplicem? Quamquam nostra quidem aetate unusquisque commentator veteres illos translatores et interpretes, qui verba מורה לצדקה „doctorem justitiae“ reddebant, nonnisi vultu ad risum composito excipere solet, id certe hinc intelligi licet, doctos illos antiquitatis viros duplice pluviae autumnalis mentione offensos esse.[1] A Pocockii aetate ad hunc diem plerique interpretes hoc

[1] Hieronymus in Vulg. nec non multi alii Judaei pariter atque Christiani iique viri non vulgaris farinae ac eruditionis verba nostra usque ad Pocockii aetatem "doctorem justitiae“ interpretabantur; inter Judaeos Ebn Ezra voci מוֹרֶה hoc etiam loco significatum pluviae autumnalis vindicasse videtur. Interpretes LXX verba מורה לצדקה *τὰ βρώματα εἰς δικαιοσύνην* vel *τὰ βρ. δικαιοσύνης* reddiderunt; cum his consentiunt Syrus ܡܐܟܘܠܬܐ ܕܙܕܝܩܘܬܐ „escam justitiae“ et arabica impressa الاطعمة للعدل Liber M. S., quem Pocockius laudat, الذي اعطاكم البكير للعدالة vox بَكُورٌ pl. بَكِير fructus cito ad maturitatem pertingens; falsus est Pocockius, qui illo quidem loco tempestivam pluviam ea voce significari autumabat.

prius מורה etiam de pluvia autumnali intelligunt; vetus illa interpretandi ratio penitus abolita est; at vero in duplice pluviae autumnalis mentione nodum inesse vindice non ita indignum, etiam recentiores interpretes, ut Crednerum et de Wettejum, qui hoc prius מורה de pluvia in genere intelligunt, nequaquam latuit cf. de Wette in vers. vernac. Verum tamen dubio obnoxium est, utrum מורה vox pluviam in genere denotare possit; hunc generalem significatum Crednerus in Ps. 84, 7. ostensurus erat. Quamquam vocem מורה in dicendi genere poetico etiam pluviam posse generatim denotare, non omnino negamus, nostro tamen loco, ubi complures voces et genus et speciem pluviarum significantes alia juxta aliam positae sunt, sibi proprium quaeque vox significatum retineat, necesse est.—

Quod autem propheta pluviam autumnalem et seorsum et ante pluviam vernam commemorat, non alia causa esse videatur, quam quod tempore, quo Joel vaticinabatur, pluvia autumnalis ingruere debebat et quam maxime desiderabatur; inde Maurerus locustarum agmen tempore aestivo (קַיִץ) adventasse non sine blanda quadam veritatis specie colligere voluit. לִצְדָקָה secundum id, quod justum, rectum est: tantum, quantum terrae ad semen recipiendum praeparandae satis est, ut nihil desit, quod opus est, nihil abundet, ultra quod sat est, etenim utrumque frugibus nocet. Maur. Credn. Hitz. Veteres interpretes hanc vocem sensu ethico accipiebant v. c. Kimchi: "eam justitiam intelligebat, quam Jahve Jehudaeis faciebat, quum transibat eorum scelera et visitabat eos pluvia." alii alium in modum cf. Pocock. Hunc intellectum ab auctoris mente aberrare, jam parallelismus, quem dicunt, membrorum ostendit: ut enim בראשון ad justum pluviae tempus, ita nostra vox ad justam pluviae quantitatem, mensuram attinet. Aetate recentiore ad falsam istam veterum interpretationem aliquot commentatores relapsi sunt: ita E. Meierus verbis — מורה ל sensum subdit, quo dicere velint, pluviam indicio esse, Je-

hudaeos cum Jahve in gratiam rediisse iterumque coram deo justificatos esse; quam explicandi rationem Hosea (10, 12.) confirmari opinabatur. Meierum autem in Hosea (10, 12.) explicando Hitzigii interpretatio falsum evincit, qui ibi "sationem" non proprio sensu, sed tropico intelligendam esse luculenter ostenderat. Suam Meierus opinionem tueri periclitabatur; quae vero ad eam fulciendam protulit, omnia eo redeunt, ut voces צדקה et צדק neget unquam aliter atque sensu ethico accipi posse; quin etiam omnes locos, quibus illae voces physico — ut ait — sensu intelligantur, praepostere usque intellectos esse, contendere non veretur. Qua de re cum illo homine doctissimo altercari non libitum est; ut vero, voces nostras sensu etiam physico ab hebraeis scriptoribus et quidem ipsa de mensura et pondere adhibitas esse, sibimet persuadeat, eum delego ad locum, qui Lev. 19, 36. exstat. מוֹרֶה partic. Hiph. (a יָרָה); praeter hanc formam etiam יוֹרֶה partic. Qal. apparet; utraque forma aspergentem, humectantem = imbrem autumnalem significat. Illorum participp. significatio propterea eadem esse debet, quod radicis Kal. aeque ac Hiphil. eundem [aspergendi, humectandi] significatum exhibent. גֶּשֶׁם signif. pluviam in genere, cujus species מַלְקוֹשׁ et מוֹרֶה sunt.

De vocis בָּרִאשׁוֹן sensu atque intellectu homines docti ab antiquitate ad hunc diem flebilem in modum alter ab altero dissentiebant. Interpp. LXX *καθὼς ἔμπροσθεν* Arabs كما من قبل Syrus ܐܝܟ ܕܡܢ ܒܫܘܪܝܐ Vulg. sicut in principio. Quae vertendi ratio hoc etiam nomine memorabilis est, quod grammatici ex ea linguae hebraicae regulam extundere volebant: scilicet praepositionem כּ dicebant, ante בּ omitti aut בּ praepos. idem posse atque כּ valere; talem vero regulam flocci habendam esse, nemo nunc temporis non videt. Quodsi auctor noster dicturus erat, "ut antea, ut in principio" — כַּאֲשֶׁר vel כְּבָרִאשֹׁנָה (Jud. 20, 32. 2 Sam. 7, 10.) scribere debebat; sin vero dicturus erat: "gleichwie zu anfang vel von anbeginn" — quem ad modum

alii voluere — בָּרִאשֹׁנָה (Sach. 12, 7. 1 Reg. 20, 17. 4 Mos. 10, 13. 14. 5 Mos. 13, 10.) scribendum erat. cf. Hitz. ad h. l. Chaldaeus Paraphrastes [Targum] בָּרִאשׁוֹן vocem חֹדֶשׁ subintelligendo interpretatus est: „primo mense," quae interpretatio permultis commentatoribus — recentiore tempore etiam Hitzigio — probabatur. Hitzigius quidem complures laudavit locos, quibus, in tali locutione vocem חֹדֶשׁ supprimi solere, (Sach. 8, 19.) et בָּרִאשׁוֹן vocem reapse "primo mense" significare, intelligitur 2 Mos. 12, 18. 4 Mos. 9, 5. Ez. 30, 20. Verum tamen haec explicandi ratio multis interpretibus et antiquitatis et recentioris aetatis improbabatur et quidem propterea, quod — eâ admissa — sequeretur, aut בָּרִאשׁוֹן vocem solummodo ad מַלְקוֹשׁ pluviam referri, aut — quod plane abhorrens esset — מוֹרֶה pluviam vel mense primo [נִיסָן] ingruisse. Quod ad hanc contradictionem attinet, sane demiror, cur eorum, qui interpretationem „primo mense" tuebantur, nemo viderit, praeter Nisân alium quoque mensem fuisse, qui item et erat et insigniebatur "primus mensis"; erat autem alter "mensis primus" ille, qui a Nisân septimus alioquin mensis numeratur [= october]. In Palaestina anni tempus commutationem bipartitam exhibebat: alterum anni dimidium חֹרֶף, alterum קַיִץ appellabatur. חרף et קיץ orbem annuum implebant Ps. 74, 17. חרף anni tempus pluviosum et frigidum et nostrum autumnum hiememque complectebatur: ab octobri mense ad aprilem; hoc חרף tempus initium sumebat a יורה s. מוֹרֶה pluvia autumnali s. matura, quae a medio[1] octobri יֶרַח הָאֵתָנִים 1 Reg. 8, 2. ad medium decembrem cadebat; novilunio aprilis, ubi מַלְקוֹשׁ pluvia serotina s. verna ab extremo februario cadens cessabat, חֹרֶף tempus terminabatur; cui tempori alterum anni dimidium קַיִץ oppositum erat. Propriis nominibus Hebraeorum menses antiquitus non gaudebant,

[1] Nimirum mensis apud Hebraeos à prima luna (= luna nascente) initium capiebat.

sed primus, secundus etc. numerabantur: hic autem numerandi ordo a primo mense utriusque temporis annui et חֹרֶף et קַיִץ[1] proficiscebatur, ita ut mensis, qui ab aprilis novilunio incipiebat חֹדֶשׁ הָאָבִיב 2 Mos. 13, 4. (Aehrenmonat) primus esset et qui ab hocce mense septimus numeratur i. e. october item primus esset; et quidem october adeo pro mense primo habebatur, ut ab ejus initio annus hebraicus principium caperet.[2] Hinc intelligitur, eam causam, propter quam vocis בָּרִאשׁוֹן interpretatio "primo mense" rejici solet, ponderis esse nullius. Quoniam hanc contradictionem nullam ostendi, interpretatio "primo mense" amplectenda videatur; sed aliter est. In Palaestina aprili mense fruges ad maturiem perveniunt; sub finem hujus mensis, peracto Pesach festo, messis קָצִיר fieri solet: pluviae vernae s. serotinae מַלְקוֹשׁ adventus inde a tertio, qui aprilem antecedebat, mense exspectabatur, id quod ex Amosi cap. 4, 7. certo colligitur, ubi Jahve pluviam vernam intra tres menses usque ad messem, per tres menses ante messem retinuisse narratur. Quodsi itaque בָּרִאשׁוֹן vox "primo mense" significaret, tempus vernae pluviae adventui omnino inopportunum statueretur: sic enim necesse fuisset, haec pluvia, etiamsi cum ineunte aprili advenisset, in tempus messi faciendae destinatum incideret; hoc autem perquam noxium erat nec non pro magna calamitate habebatur. Ea solummodo messis, quae stato tempore fiebat, frugifera esse potuerat Jer. 5, 24. cf. Prov. 26, 1. *ὥςπερ δρόσος ἐν ἀμητῷ καὶ*

[1] Anni tempora aliis quoque nominibus insigniebantur: זֶרַע et קָצִיר tempora serendi et metendi קֹר et חֹם tempus frigidum et calidum 1 Mos. 8, 22.

[2] Hac de re cf. Saalschuetz. Archaiol. II. pag. 78. not. 2. Posteriori demum tempore Hebraeorum menses propriis nominibus gaudebant; sunt autem, si a primo mense annui temporis קיץ exorsus eris haeccine: 1) נִיסָן 2) אִיָּר 3) סִיוָן 4) תַּמּוּז 5) אָב 6) אֱלוּל 7) תִּשְׁרִי 8) חֶשְׁוָן (מַרְחֶשְׁוָן) 9) כִּסְלֵו 10) טֵבֵת 11) שְׁבָט 12) אֲדָר (hoc etiam nomen mensis intercalaris; extremus, qui intercalarem sequitur, mensis וְאָדָר vel אָדָר שֵׁנִי significatur.

ὥσπερ ὑετὸς ἐν θέρει, οὕτως οὐκ ἔστιν ἄφρονι τιμή. 1 Sam. 12, 17. Virg. Ecl. "triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres." Qua de causa jamjam R. Tanchum compluribus abhinc saeculis in בָּרִאשׁוֹן voce חֹדֶשׁ mensem subintelligi plane absurdum declaravit, quia Nisân mensis tempus pluviae inopportunum esset. Pocock. ad h. l.; erat autem R. Tanchum coeli palaestinensis usu peritus. Adhuc relinquitur clarissimi Ewaldi interpretatio, qui nostram vocem "zuerst" = "als das erste s. fuers erste" reddidit. בראשון vocem et אחרי־כן vocabula 3, 1. sibi opposita esse autumabat, ita ut auctor dicturus fuisset, Jahvem primum bona terrena et deinde 3, 1. dona spiritualia Jehudaeis daturum esse. Haud scio an auctor, si per oppositionem reapse dicturus fuisset, voces hanc oppositionem denotantes tam magno versuum intervallo alteram ab altera sejunxisset. Cum vocabulis מלקוש et מורה conjuncta בָּרִאשׁוֹן vox non potest non tempus significare, quo justa utraque pluvia ingruere debeat: quem ad modum לצדקה pluviarum justam mensuram, quantitatem denotat. Nostro quidem loco בראשון vox poetice vult idem ferme dicere atque alias in eadem locutione vox בְּעִתּוֹ "suo tempore" cf. 5 Mos. 11, 14. 28, 12. Jerm. 5, 24. si licitum esset in בָּרִאשׁוֹן voce aliam subintelligere, haec alia esse non deberet atque pronomen וֹ; = in primo = in suo primo = primo tempore suo, ab initio ejus temporis, quo tempestiva et necessaria ingruere debeat utraque pluvia. Quodsi igitur versum nostrum latine reddere mihi licuerit, versio, qualis ab auctoris mente minime recedere videatur, est haeccine: Vos filii Ssionis [Jahvae cultores] exsultate et laetamini in Jahve deo vestro, nam vobis dat pluviam autumnalem justâ mensura; vobis demittit imbres: pluviam autumnalem et pluviam vernam "suo" utramque tempore.

In versione LXX interpretum apud Joelem (4, 21.) pro ἐκζητήσω lectio ἐκδικήσω genuina commendatur.

Haec mea disquisitio quoniam tota a versus hebraici intellectu profecta est, primum opus habeo, quo sensu propheta l. l. intelligi et velit et debeat, peculiari ostendere commentatione. Illo loco Jahve deus a Joele introducitur loquens ונקיתי דמם לא־נקיתי. Hisce vocabulis prophetam illi vocabulo, quod versu 19. legitur, alludere, in aperto est: quod qui non viderunt, omnino, vereor, parum videant! Verbi נָקָה forma Piel נִקָּה significat: purum fecit; sensu ethico: innocentem fecit, innocentem declaravit; exstabat apud Hebraeos locutio quaedam proverbialis de jure talionis sumpta, quae est: וְנַקֵּה לֹא יְנַקֶּה 4 Mos. 14, 18. Nach. 1, 3. Jerm. 30, 11. 46, 28. וְנַקֵּה לֹא אֲנַקֶּךָּ; ad hancce locutionem Joelem suspicor suum illud ונקיתי . . . לא־נקיתי expressisse. Illam locutionem, quam sermonis consuetudo suppeditabat, propheta ingeniose immutavit in וְנִקֵּיתִי דָּמָם לֹא־נִקֵּיתִי; dixeram hanc immutationem propterea ingeniose factam, quod eâ auctor modo simplici bellum verborum ludum instituit. Neminem cognovi, cujus acumen hic ludus non latuerit. Itaque illi, quorum ingenia ab abstrusiore quadam vocabulorum disquisitione non omnino abhorrent, pronis velim auribus, quae hac de re dicturus sum, accipiant. Jahvae verba: וְנִקֵּיתִי דָּמָם (= Jehudaeorum sanguinem ab Aegyptiis atque Edo-

mitis profusum insontem declarabo, insontem reddam) sensum admittunt duplicem: a) possunt ita accipi, ut Jahve illius profusi sanguinis auctores ab omni culpa vacare dicat, vel si quid culpae sibi contraxerint, eam illis condonet; b) possunt ita accipi, ut Jahve dicat, sese illum sanguinem supplicio, poena, ultione ab auctoribus sumenda insontem redditurum, insontem declaraturum esse. Quo utroque sensu illa vocabula accipi possunt. Utro sensu unum et alterum נִקֵּיתִי accipi velit debeatque, haud difficile intellectu; illud prius נקיתי absque negandi particula positum eo sensu, quem lit. b) exhibui; hoc posterius נקיתי cum particula לא positum vult sensu accipi, quem lit. a) detexi. Quocirca hoc fere modo illa vocabula reddi possunt: Jehudaeorum sanguinem (ultione [sanguinis profusi] ab interfectoribus expetenda) insontem declarabo; non eum sanguinem insontem declarabo [ita ut interfectores impuniti inultique abeant]. Est vero hic verborum ludus, quo Joel aures teretes demulcet, talis, ut significatu ejusdem verbi duplice ludatur. Omnino Joelis ingenium ad verborum ludos perquam promptum deprehendimus. Qui interpretationem LXX-viralem penitus perspexerunt, doctos hos Judaeos verba nostra eodem, quem unice verum cognovi, sensu accepisse, facili negotio sibi persuadebunt. Quod quidem ad literalem — ut ita dicam — verborum hebraicorum sensum attinet, illorum hominum doctissimorum suffragia haud levia duxerim —.

In versione LXX-virali, quam Tischendorfius adornavit, pro וְנִקֵּיתִי דָּמָם duae lectiones exstant: *καὶ ἐκζητήσω τὸ αἷμα* et *καὶ ἐκδικήσω το αἷμα.* Tischendorfius *ἐκζητήσω* in textu recepit; verum tamen LXX interpretes *ἐκδικήσω* scripsisse, hoc nomine suspicor, quod versus XIX vocabula דָּם־נָקִיא reddiderunt *αἷμα δίκαιον*: procul dubio illi interpretes et natione et sermone Hebraei non minus bene, quam nos, intellexerant, illius versus vocabula ונקיתי דמם verbis דם־נקיא alludere; hanc vero vocabulorum hebraicorum allusionem graeca lingua concinne potuerunt — nempe *ἐκδικήσω*

scribendo — significare. Verum si quis, cur LXX illi, quaesierit, istum verborum ludum, qui hebraicis vocabulis tam belle ludatur, non item graece significarint, ob eam respondeas causam, quod ille ludus graecorum linguâ significari nequeat. Propter illud *ἐκζητήσω* Gesenius pro וְנִקֵּיתִי proposuit וְנִקַּמְתִּי; haec vero lectio, ut nihil dicam, quod eâ ille verborum ludus, quem Joel ludere volebat, tolleretur, non opus est, quandoquidem וְנִקֵּיתִי eundem sensum praebet, quem וְנִקַּמְתִּי; etenim נִקָּה cum accusativo rei significat: aliquid purgando tollere = *καθαρίζειν*; culpa sanguinis facti, ut Hitzigius acriter contra Gesenium monuit, expurgatur, tollitur, expiatur supplicio de interfectoribus sumendo. Omnino a Joelis mente de Wette et Hesselbergius aberrant, qui vocabula nostra reddunt: et condonabo culpam eorum, quam non condonavi. Contra talem interpretationem nihil non pugnat. Plerique interpretes vocabula nostra reddunt: eorum sanguinem, quem nondum ultus sum, ultum ibo. Horum interpretatio, quod ad singulorum vocabulorum significatum attinet, cum illa mea concinit; quod verba לֹא־נִקֵּיתִי pro sententia relativa habent — pronomine rel. אֲשֶׁר omisso — dissentio, cum non videam, cur talis sententia relativa opus sit; quem ad finem Jahve, se illorum sanguinem nondum ultum esse, dixerit, quandoquidem id ex toto vaticinio intelligitur! Ecquid eum ad finem, ut animi sui peccatoribus indulgentis mentionem insereret? sed quid a Joelis mente alienius excogitari potest, quam Jahve deum Jehudaeorum hostibus indulgentem commemorare praesertim hoc extremo vaticinii versu, quum per totum vaticinium id consilii secutus sit, ut Jahve deum unis Jehudaeis indulgentem et omnium, qui eorum hostes exstitissent, ultorem et vindicem demonstraret. Praeterea sententia relativa versus orationem languidam reddit et inaequabiliter fluentem.

In hoc saltem versu — ut ad illos LXX revertar, Joelis mentem probe intellexerunt eorumque versio ad illius verba quam proxime accedit, praeterquam

quod sermonis graeci indoles eos praepedivit, quominus verborum ludum huic, quem Joel luserat, consimilem instituerent.

Eorum autem versio est haec:

καὶ ἐκδικήσω τὸ αἷμα αὐτῶν καὶ οὐ μὴ ἀθωώσω κ. τ. λ.

Quid de Joelis aetate statuendum videatur.

In XII prophetarum ordine, quem Canon hebraeus exhibet, Joel secundum obtinet locum: post Hoseam legitur ante Amosum; quoniam Canonis auctores rationem chronologicam respexerunt, in vetustissimorum prophetarum numero, Joelem elucet, ab iis habitum esse. Hoseae jam eo nomine postpositus est, quod inscriptio aetatem omnino nullam profitetur. Canon versionis LXX - viralis eum Mikhae, qui Hizqiae aequalis erat, postpositum habet, forsitan eo, ut Hitzigius acriter monet, nomine, quod regni decemtribuarii mentionem non fecit.

Etiam antiquitate christiana vetustissimis prophetis Joel accenseri solebat, cf. Cyrill. al. comment. in Joel. praef. *Προφητεύει μὲν ὁ θεσπέσιος Ἰωὴλ ἐν χρόνοις, ὡς ἔοικε, καθ' οὓς ἂν νοοῖντο καὶ οἱ περὶ αὐτοῦ τεταγμένοι, τὸν Ὡσηὲ δέ φημι, καὶ μέν τοι καὶ τὸν Ἀμώς· δοκεῖ γὰρ Ἑβραίοις οὐ μετά γε τὸν Μιχαίαν, ἀλλ' ἐκείνοις αὐτὸν συντετάχθαι δεῖν·* item Hieronymus, quamquam qui falsus est, ita judicans: „in quibus [sc. prophetis] tempus non profertur in titulo, sub illis eos regibus prophetasse, sub quibus et hi, qui ante eos habent titulos, prophetarunt.“ Prol. in XII proph. min. Quum vero interpretes in tali temporis definitione parum descripta acquiescere sensim sensimque sprevissent, necnon novam, qua ejus aetatem odorarentur, viam instititissent, adeo alteri ab alteris aberrabant,

ut temporis spatium ab Uzzia rege ad Maccabaeos usque termini, intra quos Joelis aetatem statuerant, ultimi exsisterent. Alii commentatores de quavis spe, quicquam certi de Joelis aetate statui posse, adeo dejecti erant, ut omni disquisitione supersederent hunc in modum sese consolantes: „si necessarium adeo fuisset, atque utile ad instructionem nostram utique spiritus sanctus dixisset“ Pocock. p. 14. Crednerus primus fuit, qui in Joelis aetate investiganda viam unice veram ingressus certi quid hac de re statuit. Crednerum posteriores interpretes omnes ad novissima tempora secuti sunt. In numero populorum, quos Joel in vaticinio genti jehudaicae infestos commemorat, hi quatuor recensentur: 1) Phoenices [Tyrii Sidoniique], 2) Philistaei, 3) Aegyptii, 4) Edomitae. Memoriae proditum est 2 Reg. 12, 18 sqq. 2 Chron. 24, 23. sqq. Joâsho rege jehudaico 876—836 Chazâelem Syriae regem contra Hierosolyma profectum gravia tributa ab Joâsho exegisse. Quoniam in illa hostium recensione Syrii non commemorantur, colligendum est, Joelis vaticinium ante Chazâelis invasionem i. e. ante annum 840 editum esse: heîc stat terminus, ad quem. Quod ad Aegyptios attinet, eos inter atque Israelitarum populum Salomonis aetate mutua amicitiae ratio intercedebat et quidem ita, ut Pharao[1] Salomoni filiam nuptum daret 1 Reg. 3, 1. 9, 16. 10, 28. 29. etc. Ex quo autem cum Sesonche [Shishaqo[2]] nova principum familia Pharaonum solium ascendit, illud amicitiae et societatis vinculum dissolvebatur; id vero inde collegeris, quod Jeroboamus Salomonis adversarius in Aegyptum fugerat seque

[1] Ille Pharao est, qui a Maneth. Psusennés appellatur; δυναστείας Taniticae (XXI^{mae}) ultimus rex, cujus regnum 35 annorum fuit.

[2] Sesonchis [Shishaqus, Shûshaqus (1 Reg. 14, 25. Σουσακίμ LXX)] Psusennem secutus ultimis regni Salomonēi annis Aegypti rex commemoratur 1 Reg. 11, 40. Bubastin urbem regni sedem sibi delegit et annos viginti unum [in monumentis annos XXII legerunt] regnum tenebat.

Pharaoni in fidem et clientelam commendaverat. Rehabeamo rege Sesonchis cum innumero exercituum numero contra Hierosolyma profectus est, urbem expugnavit, templum thesauris exspoliavit etc. 1 Reg. 14, 25. sqq. 2 Chron. 12, 2. sqq. Haec Sesonchis invasio et direptio anno 975 facta[1]; esse non potest, ut vaticinium ante huncce annum cadat: heic stat terminus, a quo. Quocirca vaticinii scriptio intra temporis spatium cadit, quod ab anno 975 ad annum 840 extenditur; in definienda Joelis aetate definitio ultra eos, quos posuimus, terminos nunquam evagari debebat.

Utrum intra temporis spatium hisce terminis septum prophetae aetas arctiori ratione chronologica definiri queat, dehinc periclitandum est. Edomitae a Davîde victi; eorum fines Israelitarum imperio adjuncti praesidiis occupabantur 2 Sam. 8, 2. 14 1 Reg. 11, 15. 16. 1 Chron. 18, 13. Nunciato, Davidem mortuum esse, fugitivus regis edomitici filius, qui Joabi gladium subterfugiens in Aegyptum se abdiderat, revertitur, multitudinem armat, seditionem movet, quam Salômo a Psusenne Pharaone adjutus facili negotio opprimit; Josaphat rex 920—890 jus summi imperii in Edomitas exercet. Jorâmo Josaphati filio regnante 890—882 Edomitae, seditione facta, ab Jehudaeorum regno defecerunt sibique regem constituerunt 2 Reg. 8, 20. 2 Chron. 21, 8. Ab hoc tempore Edomitae ad Amaziae aetatem 840 liberi et suae potestatis erant. Philistaei ditionis terminos prolaturi in Hebraeorum fines antiquitus incursiones sus-

[1] Sesonchis trecentis quinquaginta annis post Ramsesum regem primus erat, qui invasionem in Syriam repetiit; praeter Jehudaeam, regni decemtribuarii ditionem et aliarum gentium fines vastavit vastatasque diripuit. Cum ingenti praeda redux factus Sesonchis res feliciter gestas, reges populosque devictos in exteriore templi Carnacei parte, figuris sculpendos curavit; inter quas figuras una Judaha-Malek [Jehudaeae rex] inscripta reperitur; duae aliae, quarum inscriptt. sunt: Baithora [Bethhoron] et Magdo [Megiddo] regnum Israel. depingunt. Champoll. lettres p. 99. Lepsius Briefe p. 275.

ceperunt. Quorum incursionibus Saûl et Davîd reges ita fortiter restiterant, ut satis diu ab iis cessarent. Josaphato regi Philistaei tributum pensitasse 2 Chr. 17, 11. narrantur. Memoria proditum est (2 Chr. 21, 16. 17.), Jorâmo Jehudaeorum rege 890—882 Philistaeos Arabesque ab Jahve incensos esse, ita ut incursionem in Hierosolyma urbem facerent, palatium regium spoliarent et regis ipsius mulieres atque filios captivos abducerent. Haec Philistaeornm Arabumque invasio est, quam Crednerus ab Joele dici autumat; quam Credneri opinionem interpretes recentiores plerumque adoptant. Sed ut pleno jure concedamus, libris chronicis hac certe in re — regum libri illius invasionis mentionem non faciunt — historicam fidem omnino habendam esse (cf. Movers die Chronik. etc. p. 123), perquam mirum videtur, quod propheta unorum Philistaeorum mentionem fecerit, at Arabes ne verbulo quidem tangat. Hoc silentio nonnihil difficultatis opinioni suae creari, Crednerum ipsum ita parum latebat, ut peculiarem adjicere notationem necesse haberet, quā vocem Edóm nobis exponeret, ampliore suo significatu etiam stirpes arabicas ad meridiem sitas posse denotare. Sed et hoc posito, mirum utique videtur, quod Edomitae juxta Aegyptios non Philistaeos positi leguntur. Etiam accedit, quod in arabica invasione non templum, sed solummodo regis palatium direptum esse traditur. Denique vult etiam atque etiam observari, arabicam invasionem a Levitis, sacerdotibus, prophetis pro calamitate quadam a Jahve missa habitam esse, quam Jorâmi impietas et malefacta Jehudaeorum populo effecissent. (cf. verss. 12. 16 — fin.) Hae omnes res sunt, quae parvi quidem momenti videantur, sed quae, quodsi recte intellectae et ab ea, qua velint et debeant, parte illustratae fuerint, prorsus prohibent, quominus, invasionem arabicam ab Joele respici, cum Crednero aliisque plurimis credamus.

Quod ad Phoenices attinet, eos illa tempestate Jehudaeis admodum infestos fuisse, vero simile non est, quum Jorâmus ʿAthaljam filiam Achabi regni decem

terram referri debere et item „relativum“ אשר de Aegyptiis pariter atque Edomitis intelligendum esse. Omnes argumentationes, quibus nisi fultique commentatores prophetam nostrum ostendunt post Jorami aetatem scripsisse, non eae sunt, quae a mea me sententia seducere potuerint, ex qua Joel non ita multo post invasionem aegyptiacam hoc vaticinium composuit. Ex tota capitis IV indole atque compositione elucere videtur, nullam aliam invasionem quam aegyptiacam et quae inter eam illatae sunt, injurias Joelis animo obversatas esse. Illa invasio aegyptiaca adeo res primaria est, ut ea, quae de reliquis hostibus commemorantur, ut *πάρεργα* res secundariae tamquam additae videantur. Illud וגם IV, 4. quo versu oratio ad Phoenices et Philistaeos se convertit, in versibus antecedentibus orationem innuere tamquam videtur, ad aliud hostium genus pertinuisse. Invasionis aegyptiacae memoria adhuc adeo recens erat, ut propheta peculiarem ejus mentionem inserere non opus haberet; propter scelera inter eam patrata prophetae animus adeo agitatus et exacerbatus erat, ut eorum auctores nollet tantum non posset propriis ipsorum nominibus appellare. Qui mortalia pectora habet cognita, quam psychologice, persentiscet, calamitatis tunc praesentis auctorum nomina reticeantur: extremo demum capite, quo eos auctores detestatur iisque summum malum imprecatur, Aegyptii atque Edomitae nominatim appellantur; hi nempe erant, qui invasere, qui templi aurum argentumque abstulerunt, qui captos Jehudaeos Phoenicibus Philistaeisque vilissimo pretio vendiderunt; emtos vero plagiarii homines isti longinquo populo divendiderunt; donaria aurea argenteaque ex Jahvae templo ablata in suis ipsorum templis reposuere.

Ex rationibus ejus temporis, quod ab invasione aegyptiaca proxime aberat, multis capitis IV rebus, quae de alio tempore intellectae obscuritate laborant, lumen affunditur. Jam quaeritur, quot fere annis post illam invasionem Joel scripserit. Ex capitis IV v. 7.

tribuarii regis et Izebelae, quae regis sidonii filia erat, conjugem sibi adjunxisset. 1 Reg. 16, 31. et 2 Reg. 8, 18.[1]

Hitzigius clarissimus ille interpres ex ea, qua 4, 2. vallis quaedam „Josaphat“ appelletur, ratione, Joelis vaticinium colligit post rem miraculosam, quae 2 Chr. 20, legitur i. e. post annum 914, forsitan post annum 889 compositum esse. In hac quidem re, ut cum ingenioso illo interprete faciam, a me impetrare omnino non possum. Quamquam plane concedo, eam vallem, quae 2 Chr. 20, 26. עמק ברכה appellatur, posteriore tempore de Josaphati regis nomine utique significatum ’Hemeq Josaphat ducere potuisse, hanc tamen vallem et eam, quam Joel ע־ק יהושפט nominat, eandem esse negaverim et quidem hac de causa, quod vallis, quam Joel Jeho-Schaphat appellat, nomen suum non de regis vel alius hominis nomine ducere debeat, sed inde ductura sit, quod in ea Jahve contra hostes proeliatus sit. Quamquam nomina utriusque vallis eadem sunt, tamen causa et origo, unde suum utraque vallis nomen duxit, plane diversa est. Illa vallis nomen Josaphati jamjam habet, ea, quam Joel dicit, vallis nomen „Jehoschaphat“ habitura erit. Eadem fere sententia etiam clarissimo Ewaldo arridere videtur.[2] Illa vallis ab Hierosolymis remota est, vallis, quam Joel dicit, suburbana. Joelis significationes: ע' יהושפט et ע' החרוץ sunt nomina symbolica. Pleniore jure statuerit quis, illam miraculosam, quae a Jahve facta 2 Chr. 20, narratur, hostium perditionem ad Joelis cap. IV. compositam et ornatam esse. Vaticinii scriptionem post Jorâmi Jehudaeorum regis aetatem 890—882 factam esse, clariss. Hitzigius ex IV, 19. colligit, quippe quem versum de sanguine Jehudaeo, quem Edomitae in sua ipsorum [Edomitarum] terra profudissent, intellectum voluerit. Sed nobis omnino persuasum est, in illo versu vocabuli בארצם „pronomen” ad Jehudaeorum

[1] Athalja cf. 2 Reg. 8, 26 (בת־עמרי) cum verss. 18. 27.

[2] Gesch. V. Isr. 3, 476. in not.

intelligitur, Joelem fore sperare, ut Jehudaei in servitutem abducti in patriam revertantur; hinc vero sequitur, ab illa invasione i. e. ab anno 975/76 ad Joelis tempus nondum aetatem hominis [i. e. 25 — 30 annos] praeterfluxisse. Idcirco ad annos 950—945 deducti sumus. Ad eosdem fere annos alia quoque via deducimur.

Post invasionem aegyptiacam Rehabeamus 13 vel 12 annos usque ad annum 963 regnavit; hic et Abijâm [Abija 2 Chr.] rex, qui imperium tres annos tenebat, — utpote qui ab Jahvae cultu et religionibus alieni essent, — prophetis et sacerdotibus parum favebant. A Salomonis tempore Asa primus rex fuit, qui toto animo ad Jahvae religiones sacraque se convertebat eumque omni studio colebat. Ex quo Asa ad regnum pervenit, dies laetae spei plenus prophetis et sacerdotibus illucescebat. Asa rex erat, quo uno regnante (960—920) Joel vaticinium composuit (de quo rege cf. 1 Reg. 15, 9—24. 2 Chr. 14.), Ille rex aliorum deorum, quibus patres ipsius dediti erant, cultum abolevit, destruxit eorum sacella, fregit eorum columnas simulacraque; ut omnes Jehudaei, edixit, unum Jahve deum colerent. Astarte deae simulacrum, quod Ma῾kha regis mater privatim sibi fecerat, discussit discussumque in Qidron valle conflagravit, in ea ipsa valle, quam sacro quodam fonte irrigatum iri irrigatamque quavis fertilitate gavisuram esse, Joel IV, 18. vaticinatur, cf. 1 Reg. 15, 13. 2 Chr. 15, 16. Etiam urbes condidit conditasque moenibus atque turribus munivit, multos alebat exercitus, variae armaturae milites parabat: hastatos, peltatos, sagittarios; omnino nihil eorum neglexit, quae ad bella defendenda et inferenda ex usu esse videbantur. 2 Chr. 14, 6. sqq. Quae susceperat, fausto omnia successu gaudebant; cui religioso regi, sole ipso clarius erat, coelestem favere gratiam; quapropter templum auro et argento donavit; totam Jehudaeam ad solennia et festos dies in templum convocavit, 1 Reg. 15, 15. 2 Chr. 15, 9. etc. Quibus solennibus praeter Jehudaeos etiam extranei interfuisse dicuntur; multi, qui regno decemtribuario subjecti erant, ad Asam

propter nimiam, qua gaudebat, numinis gratiam defecerant. Tales talibusque non absimiles ejus temporis rationes esse debebant, quo prophetae animus ad eam, quam c. IV ad eventum venire videbat, exspectationem evehi potuerat. Cap. II, 17. Joel, ut „inter vestibulum et altare lacriment precesque fundant“, sacerdotes admonet. Haec peculiaris monitio quo spectare velit, commentatores adhuc latebat. Suam lucem a loco 2 Chr. 15, 8. recipit, ubi Asam regem verbis ʿOdedi prophetae commotum illud Jahvae altare, quod ante vestibulum stetisset, redintegrasse, memoriae proditum est: ויחדש את־מזבח יְיָ אשר לפני אולם יְיָ Asae aetate vaticinium conditum esse, ipsa illa res quam maxime documento esse videatur. Anno imperii quinto decimo 945 grave bellum exstitit 2 Chr. 14, 8. namque ea tempestate contra Jehudaeos iustructa acie Zérach Kuschita [Osorchôn[1]] profectus est; quem contra hostem arma ferens Asa ad Mârêsha obviam procedit, quo loco manibus collatis Jehudaeorum rex in valle, quae גֵּיא צְפָתָה vocatur, exercitus hostiles „auxiliante Jahve deo“ devicit et opimam praedam domum reduxit. Quae splendida victoria, auxiliante Jahvae ipsius brachio, parta sane poterat Jehudaeorum pugnandi cupiditatem incendere, poterat prophetarum animos laeta spe lactare, fore, ut cuncti populi Jehudaeis horumque deo infesti a Jahve ultore et vindice similem in modum perderentur; et profecto quod Joel vallem, in qua internecivum illud proelium et horrida populorum strages fieri debeat, vallem Jeho-Schaphat IV, 2. appellat, suspicatus quis fuerit prophetam nostrum — utpote qui facetus sermonis artifex esset necnon vocabulorum ludo perquam oblectaretur — radicum צפת et שפט consonantiâ ludentem vallis צפתה (2 Chr. 14, 9) nomini allusurum fuisse.

Felix illud tempus, quo prophetarum animi ad quamlibet laetam spem compositi esse poterant, occidere incipiebat, ex quo Baʿsha rex decemtribuarius 956/57—932

[1] Cf. Rosellin. monumenti storici T. I. P. 2. p. 86 sqq.

incursione in Jehudaeorum fines facta, totam civitatem in extremum periculum adduxit.[1] Ea tempestate Asa pecuniis, quae in templi thesauris repositae erant, foedus et auxilium a Benhadado rege damasceno sibi emercari coactus est. Ut igitur vaticinii scriptionem post proelium ad Mârêsha cadere intelleximus, ita eam ante triste illud tempus cadentem videmus; quoniam vero propheta fore, sperat, ut Jehudaei inter invasionem aegyptiacam 976/75 capti reduces fiant, vaticinium, sequitur, ad annos 945—935 scriptum esse; quos intra annos siccitas et locustarum agmen ingruerit, necesse est. Cui vetustiori auctoris aetati, vocabula *ἅπαξ λεγόμ.*, quae in vaticinio satis multa reperiuntur, plane conveniunt: cf. I, 7. קצפה. 8. אלי = ejula, 17. עבש. ממגרה. פרדות. מגרפה. II, 20. צחנה, IV, 11. עוש. 14. חרוץ eo certe usu, quem apud Joelem habemus.

[1] Haec incursio quo anno facta sit, certis rationibus definiri nequit, quum tempora, quae in libris hebraicis indicantur, sibi repugnent; etenim Baʿsha, qui imperium ab anno 956—932 tenebat, incursionem anno Asae regnantis tricesimo sexto i. e. anno 924/23 suscepisse 2 Chr. 16, 1. narratur; in hebraica temporum descriptione vitium 5—7 annorum latitat.

Ad ע literam.

Illius literae pronunciationem duplicem, utpote quam Arabes in ع et غ discernant, etiam ab hebraica lingua non omnino exsulasse, grammatici suo quidem jure monuerunt; id enim inde ostendere volunt, quod diversae significationes, quas aliqua vox hebraica per ע scripta complectitur, in lingua arabica ad duas voces alteram ع alteram غ exaratas pertineant. Quamquam contradici potest, hebraicas quoque diversi significatus voces reperiri, quae in lingua arab. cum eodem significatu diverso scribendi diversitatem non exhibent, tamen literam hebr. ע antiquissimo quidem tempore sonum gutturalem (gh) habuisse, citra omnem dubitationis aleam positum est. Verum apud Hebraeos temporis decursu gutturalis sonus magis magisque imminuebatur, ita ut sequiore Alexandrinorum aetate non multum ab א distaret, quamquam in vocabulis quibusdam עַזָּה, עֲמֹרָה usque retinebatur. In nulla autem dialecto illum gutturalem sonum reperio magis exstinctum quam in Samaritana: nimirum in hac istius literae potestas adeo omnis intermortua est, ut graphico solummodo usui inserviat et pro ࠀ· ࠄ· ࠅ· ࠇ· literis adhiberi patiatur. Qua de re formis quibusdam verborum med. radic. ࠅ et ࠇ (ࠅࠏ — ࠇࠏ) docemur.

a) partic. act. ࠒࠏࠌ (leg. Kojem cf. syr. ܩܳܐܶܡ)

b) „ „ ࠌࠄࠀ (leg. Mohet.)

c) Perf. Peal. (ࠒࠌ) ࠒࠏࠌ — Kom — ܩܳܡ Impf. Peal. ࠉࠒࠏࠌ = ࠉࠒࠅࠌ

d) Part. Peal. act. cf. ࠒࠅࠏࠌ Kowem et ࠂࠉࠅࠓ leg. Goiwer; sed cf. chald. גִּיוֹר et syr. ܓܝܘܪܐ. De locis, ubi formae laudatae leguntur, cf. Uhlemanni Chrest. Sam. cf. §. 29.

Singulari mentione digna haec res per se ipsa videbatur; deinde graphicus ille literae ע usus hoc etiam nomine memorabilis est, quod iis indiciis ex linguae historia petitis accenseri debeat, quae Samaritanum Pentateuchum posteriori demum aetate literis mandatum indigitant. Verum si quis contradicturus est, attenuatum istius literae sonum gutturalem non ex posteriori dialecti syro-chaldaicae aetate, sed ex ipsamet dialecto samaritana utpote ad stirpem linguae aramaicam pertingente, cui attenuatus ille sonus peculiaris sit, respondere habeo, apud homines semiticos, qui propius septentrionem versus positi erant, literam ע etiam magis gutturalem fuisse, quam apud reliquos, et quidem ita gutturalem, ut posset in ג, כ, ק transire; cf. נבע chald. נבג, ארעא, et ארקא; hebr. שמע chald. שמק. Haec res me monet, ut aliud quid etiamsi uno verbulo tangam, quod itidem posteriorem Pentateuchi Samaritani aetatem coarguit: dico autem vocalem ࠉ, quae in futuro verbb. med. radic. gemin. (עע) post literas praeformativas regulariter assumitur v. g. ࠉࠉࠏࠁ. Cujus ࠉ origo et usus inde explicandus est, quod in dialecto samar. verba geminantia ע in temporis futuri formatione in verba פ״י aberraverunt. Aliquam analogiam lingua hebr. praebet v. c. Ps. 119, 22. in Imp. Qal. גַּל (volve); item nonnunquam verba ע״ו: וָאִישְׁמָה C'tib Jud. 12, 3. pro וָאָשִׂימָה; הוֹשְׁבוֹתִי Zach. 10, 6. pro הֲשִׁבוֹתִי v. 10. quae formae in Ewaldi gramm. min. §. 429. in not. 2. laudantur.

2-46683

396926